

acerbissima passio xpi ex pte matris virginis  
 Diligebat namq; matrē illā amore incredibili  
 magis quidē diligebat q̄ diligebat. qz dile-  
 xerat eā ab eterno. tū qz satis distincte cogno-  
 scebat virtutes ei⁹ q̄ ipa cognosceret p̄tutes  
 filij. tū qz capacius erat cor xpi ad diligendā  
 virginē matrē q̄ ecōuerso. Reco gitabat ergo  
 xps dū pendebat in cruce q̄ta charitate ipm  
 cōcepit in vtero dū dixit. Ecce ancilla dñi fi-  
 at mihi s̄mverbū tuū. Quāto amore nouem  
 mēibz ipm gestauit. q̄ta leticia ipm peperit.  
 q̄ta pietate p̄anis inuoluit. pauitq; lacte. q̄-  
 ta sollicitudine ad egyptū duxit. quāto la-  
 bore nutrit. q̄ta dulcedine mentis et oris  
 tot annis filiū mī asserēs illū vocauit. Et hec  
 oīa xpi mentē ad m̄ris amorē inflammabāt.  
 deinde inspiciebat eā de cruce mestā. faciesqua  
 lidā. sparso crine. lugētes oculos leuantē ad  
 crucē. audiebatq; vocē illi⁹ flebilē et doloro-  
 sam ingementē. **D** fili mi bñdixite. **L**umen  
 oculorū meorū. o agne mansuetissime. o vas  
 virtutū et grē. video te patientē in cruce aīa  
 mea. p̄pter te patī i meo corpe. video clauos  
 cōfodientes man⁹ et pedes tuos. et aīa mea cō-  
 fossa est doloris aculeo. **D** fili mi quis mihi  
 det vt moriar tecū. **Q**uid faciā q̄ me vertat?  
**E**d quē p̄fugā. **T**u mihi p̄r. **T**u mihi fra-  
 ter. **T**u mihi filius char⁹ eras. **T**u mee deli-  
 tie. **T**u mee diuitie. **T**u oē bonū meū. **H**eu  
 me dolentē orbatā filio dulcissimo. filio san-  
 ctissimo. filio sapientissimo. filio amorosissi-  
 mo. filio pulcerrimo. filio florētissimo. **H**is  
 et h̄mōi querelis pulsabat aures filij m̄r illa  
 sanctissima. **Q**uare xpus et si nō ore poterat  
 corde sic aut silr rñdere asserēs illud **I**ere. xv  
 ca. **V**e mihi m̄r mea q̄re genuisti me virū ri-  
 ge. virū discordie in vniuersa terra. **N**ō fene-  
 rauit nec fenerauit mihi quisq;. **D**ēs maledi-  
 cūt mihi. **I**taq; ex m̄ris aspectu atq; p̄passio-  
 ne immēso dolore. mens illa pia benignissī-  
 mi iesu seriebat. **E**t vndiq; abundabāt in eū  
 angustie et afflictōes. et quarū rehemētia cū  
 clamore valido emisit spiritū. **D**eprecemur  
 q̄ eū vt p̄ncipes nos efficiat passiois et mortis  
 lucē ut meritis ipi⁹ habeam⁹ vitā illā quā  
 sua morte recuperauit. i q̄ regnat gloriosus  
 p̄ infinita secula seculorū. **A**men.

**S**ermo decimus octauus de gloriosa re-  
 surrectōe iesu xpi q̄ sufficientissime humano  
 generi declarata fuit.

**S**urrexit non est  
 hic. **V**erba sant angeli ad mulie-  
 res deuotas loquētis originalis-  
 ter **M**arc. xvi. c. et in euāgelio hodiernē so-

lennitatis. **P**lacuit redemptori nro dño iesu  
 xpo ita luculenter suā resurrectionē hoīb⁹  
 reuclare vt nemo deinceps dubitare q̄at ipm  
 eē regē glie. oīm creaturaz. celi et t̄re dñm atq;  
 q̄ immortal vite largissimū donatorē. **N**otā  
 q̄ppe fecit nobis viā celestis regni vt resurgēs  
 adimplet nos leticia cū vultu suo. **Q**uia ve-  
 ro in lectōne sc̄ti euāgelij describit illa q̄ mu-  
 lieribz p̄his ad monumētū cūtibz de xpo iā su-  
 scitato facta est declaratio. **I**deo ad eruditōz  
 nram de manifestatōe xpi resurgētis aliq̄ de-  
 currem⁹. **C**ōsiderabim⁹ aut illā p̄cipue q̄stū  
 ad tria.

**P**rimo q̄stū ad mulieres.

**S**ecundo q̄stū ad angelos.

**T**ercio q̄stū ad discipulos.

**Q**ualiter xpi resurrectio manifestata fuit  
 mulieribz deuotis visitantibz monumētū.

**C**apitulum primū.

**P**rimo p̄sideranda est manifestatio re-  
 surrectōis xpi q̄stū ad mulieres de q̄bz  
 dz. qz cū p̄parassent aromata venerūt ad mo-  
 numētū. vbi tria sunt dubia declarāda.

**P**rimū quare venerūt.

**S**ecundū qñ venerūt.

**T**ercū ad quid venerūt.

**P**rimū dubiū q̄re venerūt. **A**d qd dicim⁹  
 q̄ morte fuerūt vt venirēt et vngerēt corpus  
 iesu ex pietate et beniuolētia q̄ ad xpm afficie-  
 banf. **M**aria namq; magdalena m̄lra suscepe-  
 rata xpo bñficia. **A**b ipa ciecerat septē demo-  
 nia. **S**ororē suā marthā a fluxu sanguinis li-  
 berauerat. **F**ratrē suū lazariū q̄triduanū su-  
 scitauerat. eāq; sp̄ dulcit excusauerat tā apd  
 phariseū q̄ dicebat ipam immundā q̄ apud  
 sororē q̄ dicebat eā ociosā. q̄ apd iudā q̄ eā  
 pdigā appellabat. **M**aria aut. s. iacobi mino-  
 ris m̄r. et maria salome. s. filia xpm tāq; nepo-  
 tē tenerrime diligebāt. **N**ā **A**nna tres habu-  
 it viros. s. **J**oachim. **A**leophā. et **S**alome. et  
 de istis tribz viris habuit tres marias quas  
 duxerūt tres viri. s. **J**oseph. **A**lpheus. et **Z**e-  
 bedeus. **M**aria q̄ nupsit ioseph pepit xpm  
 p̄go imaculata quē de spū sc̄to p̄cepit. **M**a-  
 ria q̄ nupsit alpheo habuit q̄tuor filios. s. io-  
 seph iustū. iacobū minorē. simonē et iudam.  
**M**aria vxor zebedei duos habuit filios. **J**a-  
 cobū maiorē et **J**ohannē euāgelistā. **I**ste g  
 mulieres nō leuitate ducte s; amore sc̄to deu-  
 cte emerūt aromata vt veniētes vngerēt cor-  
 pus illud qd in sepulcro exatē iā reliquerant.  
**Q**uantū aut ad h̄ p̄mendari merito dñt. qm  
 virtuosam amiciciā ad xpm se h̄re monstra-  
 runt. **P**auci q̄ppe sunt q̄ amicū diligūt i vita  
 cū vt i pluribz accidat verificari illud ouidij

dictū li. ij. de ponto. **V**ulgus amicitias vti-  
litate pbat. **P**auciores inveniunt q̄ amicos  
diligūt in morte. **Q**uinimmo p̄sepe filiū pa-  
rentibz aduersant. v̄rores viris et viri v̄ro-  
bus dū salutē impediūt morientū. aut negli-  
gēt illā pcurāt. **P**aucissimi vero regiri p̄nt  
q̄ diligāt post mortē. **Q**uare q̄ libet mortuus  
dicere p̄ illud p̄s. **O**blivioni datus sum tā-  
q̄ mortuus a corde. **I**ste aut mulieres p̄stan-  
tissime xpm dilexerūt i vita. qz sequebant eū  
p̄dicantē. vt patz **L**uc. viij. ca. **D**ilexerunt in  
morte qz sociaverūt eū in cruce pendentē. vñ  
**J**o. xij. dicūt. **S**tabant aut iuxta crucē iesu  
m̄r ei⁹ et soror m̄ris eius maria cleophez ma-  
ria magdalena. **D**ilexerūt insup post mortē  
iō vnguēta parauerūt z ad sepulcrū dñi ppe-  
rarūt. **S**ed pleriqz querūt. **C**ur virgo sacra-  
tissima q̄ p̄ ceteris xpm dilexit nō visitauit se-  
pulcrū filiū cū his tribz mulieribz. **A**d qd̄ r̄-  
demus q̄ hoc potuit eē multiplici de causa.  
**P**rima est qz parascene et sabbato tñi fene-  
rat q̄ p̄ nimia debilitate subsistere nō valebat  
**U**n̄ fm̄ **B**ernar. oportuit q̄ de loco passio-  
nis inter man⁹ discipuloz tāq̄ seminiua ad  
domū p̄riā deferret. **P**inc **A**ug⁹. in quodā  
sermōe inq̄t. **I**lla q̄ p̄ pia m̄r inmani dolo-  
re et ulās et pectora delicata p̄tundēs ita ip̄a  
viscera oīaqz fatigauerat mēbra vt iā viribz  
deficiēs vix puenire potuisset ad xpi funus  
**S**cōda cā z p̄cipua fuit qz ip̄a sciebat filium  
die tertia resurrecturū. **N**ā si de sua resurre-  
ctione discipulos crebro fecerat certiores q̄-  
to magis de illa cū sua dignissima m̄re p̄sepe  
cōsulerat. **T**ecirco p̄stulabat illū auditiūma  
in loco orōis. et forte illa hora q̄ mulieres ci-  
uitatē exire. filiū viderat vel colloquebatur  
cū eo. **S**cōm̄ dubiū declarandū. **Q**uā mu-  
lieres ad sepulcrū venerūt. **N**ā marc⁹ dicūt.  
**V**alde mane vna sabbatoz veniūt ad monu-  
mentū orto iā sole. **M**atthe⁹ vero scribit.  
**V**espe aut sabbati q̄ lucēsit in p̄ma sabbati  
venit maria magdalena et altera maria vide-  
re sepulcrū. **E**t **J**ohes dicūt. **U**na aut sabbati  
venit maria magdalena cū adhuc tenebre  
essent ad monumentū. **E**t **L**ucas inq̄t. **U**na  
aut sabbati valde diluculo venerūt ad monu-  
mentū. **A**d istozevidentiā p̄mo notandū. q̄  
sabbatū in scriptura tripl̄ accipi consuevit.  
**A**liqñ p̄ tota septimana. **U**n̄ **L**uc. xviij. c.  
**J**eiuno bis in sabbato. i. in septimana. **A**liqñ  
accipit sabbatū p̄ die septima fm̄ illud **E**xo.  
xx. **R**emento vt diē sabbati scriñices. **A**liqñ  
sumit p̄ q̄ cūqz die septimane cū istis noibz  
numerabilibz p̄ma scōda tertia q̄rta quinta sex-  
ta. ita q̄ dies immediate sequēs sabbatū dice-

batur p̄ma sabbati et sequēs scōda sabbati. et  
sic de reliqz. **S**cōm̄ notandū vt refert **A**li-  
co. de lira. **E**x ab illa hora q̄ xps fuit sepult⁹  
nō potuerūt mulieres emere aromata ad vñ-  
guendū xpm vsqz ad vesperā diei sequētis. qz  
solēnitās sabbati incepta erat ab hora sepul-  
ture. in q̄ nō licebat aliqd̄ emere vsqz ad ves-  
perā sequētis diei. s. sabbati de q̄ **J**o. xij. dz.  
**E**rat q̄ p̄pe magn⁹ dies ille sabbati. et tūc eme-  
runt aromata et p̄parauerūt vt dicit **L**ucas  
p̄pter noctē de p̄mo imminentē. s. in mane  
sequēti venerūt. **T**erciū notandū fm̄ **A**ug⁹.  
de p̄sensu euāgelistaz. q̄ vespa duobz modis  
accipit. **U**no mō p̄ fine diei et p̄ncipio noctis  
**A**lio mō p̄ fine noctis z p̄ncipio diei. et isto  
vltio mō loquit̄ matthe⁹ cū dicit. **V**espe aut  
sabbati q̄ lucēsit in p̄ma sabbati. **S**i vñ ve-  
limus dictū matthei accipere p̄mo mō tunc il-  
lud qd̄ dicit **V**espe aut sabbati. refert ad mu-  
lierū p̄paratōz. qz tūc vespe sabbati vt p̄dictū  
est p̄parauerūt se ad veniendū. licz p̄pter no-  
ctē nō venissent. **I**llud aut qd̄ dicit **J**ohes.  
**C**ū adhuc tenebre essent. **E**t illud qd̄ dicit **L**u-  
cas. **V**alde diluculo. **E**t illud qd̄ dicit marc⁹  
**V**alde mane. **I**ntelligendū ē q̄ nō mulieres  
incepterūt iter erat valde mane seu diluculū z  
tenebre etiā erāt. qz neqz p̄fecte dies neqz p̄-  
fecte nox. **S**z cū p̄ueniūt ad monumentū iā sol  
erat ortus. **S**ol aut p̄t̄ intelligi oriri dupl̄.  
**U**no mō p̄fecte qñ p̄mo egredit̄ z apparet su-  
per terrā. et sic nō accipit hic. alio mō qñ lux  
ei⁹ incipit apparere. s. i auroza cū ab oriētē al-  
bescere incipit. vñ valde mane et tenebre z di-  
luculū z orto sole accipiūt p̄ eodē. **T**erciū  
dubiū declarandū. **A**d qd̄ mulieres venerūt  
**A**d qd̄ m̄det q̄ mos erat iudeoz vngere cor-  
pora defunctorz vt p̄seruarent a fetore z pu-  
trefactōe **I**ste ḡ sctē mulieres nesciētes q̄ cor-  
pus xpi corrupti nō poterat illud ex deuotio-  
ne vngere decreuerūt. **A**d hoc aut clar⁹ intel-  
ligendū cōmemoranda est snia doctoris no-  
stri **R**icardi de media villa i suo. iij. di. cliij.  
vbi ait. **E**x oīa corpa incinerabāt̄ excepto cor-  
pore xpi z corpē virgīs m̄ris q̄ incinerata nō  
fuerūt. **D**e corpē xpi certissimū ē. de corpore  
m̄ris credere p̄iū est. **S**icut enī culpa origi-  
lis in aīa inducit debitū sepationis aīa a suo  
corpē. p̄pter sepationē sui a deo p̄t̄ culpā ita  
viciū vomitis in carne inducit debitū inci-  
neratōnis eiusdē. vñ sicut oēs ex debito p̄ter  
xpm mortui sunt vel morient̄ ita oībz corpo-  
ribz hūanis p̄ter corp⁹ xpi et matris sue in-  
cineratio debet. **Q**uānis enī brā virgo pecca-  
tū originale p̄traxerit vel si ab illo p̄seruata  
fuerit p̄trahere tñ debuisset. quā p̄pter fuit in

ea debitū moriendi. tñ fomes in ea nunq̃ ali  
quē accū habuit. et p̃ scōam sanctificatiōē  
totaliter fuit sublat⁹ ab ea. **P**oc̃ p̃o qd̃ dicit̃  
de incineratiōe corporū cōi cursu nature p̃cor  
dat qd̃ est qd̃ oīa generabilia et corruptibilia re  
soluent̃ i id de q̃ facta sunt. **D**ūana vero cor  
pora de terra facta sunt. sic p̃t̃ **Gen.** ij. c. **O**b  
qd̃ **Job.** xiiij. ca. d̃r. **M**emento q̃so qd̃ sic luti  
feceris me ⁊ in puluere reduces me. **E**t vero  
in q̃ corpora resolunt̃ hūana dicunt̃ cineres  
p̃pter antiquā cōsuetudinē qñ mortuorū corpora  
p̃burbant̃. **N**ō fuit igit̃ incinerabile siue in  
puluere resolubile corp⁹ xpi. qz in illo vici  
um fomitis nūq̃ fuit. **E**t si obijceret̃ qd̃ resur  
rectio eius fuit exemplū resurrectiōis n̄re. q̃  
debut̃ esse a cinerib⁹. **R**ndere possum⁹ qd̃ resur  
rectio xpi fuit exemplū resurrectiōis n̄re.  
q̃tū ad ei⁹ essentia. s. a morte in vitā nō autē  
q̃tū ad oīa accidētia. **S**z adhuc difficultas  
oritur de illis q̃ imminēte iudiciū tpe inuenient̃  
viri q̃ statim morient̃ et resurgēt. quō illorū  
corpora incinerabunt̃ cū incineratio nō fiat  
subito. **A**d qd̃ rñdet̃ **Ricar.** **Q**d corpora illa  
incinerabunt̃ p̃ ignē q̃ p̃cedet facies iudiciū.  
**L**icet ergo mulieres in fide xpi deficerēt. tñ  
vehementissima erat pietas ⁊ deuotio illarū q̃  
nec timore iudeorū nec terrore militū q̃ ad se  
pulcri custodiā fuerāt deputati. nec insup̃ dif  
ficultate rei retardabant̃. qñ ad corpus xpi  
vnguendū oēm diligētia adhiberet̃. dicebāt  
aut̃ ad inuicē. **Q**uis reuoluet nobis lapidē  
ab ostio monumētū. **E**rat q̃ppe magn⁹ valde  
**M**atthe⁹ vero dicit̃. **A**duoluit sacū magnū  
ad ostiū monumētū. **U**bi ait̃ **Alico.** de lira qd̃  
monumētū illud erat factū ad modū cuius  
dā domūcule in cui⁹ mediū erat sepulcrū. et  
in domūcula erat qdā ostiolum ad habendū  
illuc ingressum. **S**epulcrū aut̃ erat clausum  
gradis lapidis ad os aduolutōe. **S**igilli ap  
positiōe et militū deputatione.

**Q**ualiter angelus amouit lapidē a monu  
mento ⁊ sedebat sup̃ illū ⁊ q̃cōgruū fuit mu  
lieribus apparere. **C**apitulū secundū.

**E**cundo p̃sideranda est manifestatio  
resurrectiōis xpi q̃tū ad angelos. vbi  
tria sunt dubia declaranda.

**P**rimū vtrū angel⁹ amouit lapidē ab ostio  
monumētū.

**S**ecundū vtrū idē angelus sedit sup̃ lapidē  
qui sedebat in dextris.

**T**ercū vtrū cōgruū fuit angelū mulieribus  
sic apparere.

**A**d primū dubiū p̃t̃ rñsio ex dictis mat  
thei q̃ ait̃. **E**cce terremotus factus ē magn⁹  
angelus aut̃ dñi descendit̃ de celo et accedens

reuoluit lapidē ⁊ sedebat super eū. **A**motio  
ista et reuolutio lapidis facta fuit post xpm  
iā suscitātū vt oēs doctores affirmāt. **C**ausa  
vero hui⁹ reuolutiōis fuit vt vacuū ostēderet̃  
sepulcrū a quo clauso xps resurgēs exiuerat  
**N**ec hesitandū est qd̃ angelus potuit moue  
re terrā ⁊ reuolnere grandē lapidē. cū sit snia  
**A**ugustini in. iij. de tri. **E**t sancti **Tho.** i. p̃e  
q. cx. **E**t **Alico.** de lira sup̃ isto passu matthei  
**Q**uis materia corporalis nō obediāt ange  
lis ad nūm s̃z soli deo: qz oīs informatio ma  
terie vel est a deo immediate vel ab aliq̃ agen  
te corporali: nō aut̃ immediate ab angelo. **V**erū  
tñ oīa corpora obediūt angelis ad mortū locale.  
qz natura corporalis nata est moueri immediate  
a natura spūali s̃m locū. **U**n et phi posuerūt  
sup̃ma corpora moueri localiter a spūalib⁹ sub  
stantijs. **A**d secundū dubiū dicendū qd̃ licet  
matthe⁹ dicat angelū sedere sup̃ lapidem. et  
marcus sedere in dextris. tñ nō est p̃rarictas  
qz potuit esse qd̃ idē angel⁹ p̃mo visus est se  
dere sup̃ lapidē. postmodū visus est sedere in  
monumēto. **U**el s̃m **Aug⁹.** de p̃sensu euāge  
listarū. forte fuerūt duo et matthe⁹ loquit̃ de  
vno marcus de alio. **L**ucas vero dicit̃. **E**cce  
duo viri. i. angeli apparētes in specie virozū  
steterūt iuxta illas. **I**sta apparitio potuit esse  
post primā secundā. dū circūirent monumē  
tū intrātes et exētes. postq̃ et dū sola mag  
dalena remāsit vt dicit̃ **Jo.** et inclinata p̃pi  
ceret ad monumētū. vidit duos angelos in  
albis sedētes. vnū ad caput ⁊ vnū ad pedes  
vbi positū fuerat corp⁹ iesu. **F**acile enī est an  
gelis sic apparētib⁹ vt dicit̃ **Alico.** de lira sup̃  
lucā. mutari de sessione in stationē et ecōuer  
so. **A**d terciū dubiū dicim⁹ qd̃ p̃grua fuit an  
geli apparitio de q̃ marc⁹ scribit p̃cipue q̃tū  
ad tria. **P**rimo q̃tū ad aspectū qz viderūt eū  
iuuenē. **S**cdo q̃tū ad sitū qz sedentē in dex  
tris. **T**ercio q̃tū ad amictū qz coop̃tū stola  
candida. **P**rimo viderūt eū mulieres iuuenē  
ad innuendū s̃m glo. qd̃ oēs in etate iuueni  
li resurgem⁹. **E**t vt sic familiari⁹ illas alloq̃  
retur instar angeli thobie. de q̃ d̃r thobie. v. c  
**E**gressus thobias inuenit iuuenē stantē splē  
didū ⁊ q̃si p̃cinctū ad ambulandū. **S**cdo vi  
derūt eū sedentē in dextris qd̃ p̃grue factū est  
**N**ā vt inq̃t̃ **Brego.** in omel. **Q**uid p̃ sinistā  
nisi vita p̃ns. qd̃ vero p̃ dexterā nisi vita p̃pe  
tua designat̃. **Q**uia q̃ redēptor n̄r iā p̃ntis vi  
te corruptionē trāsierat recte angel⁹ q̃ nūcia  
re ei⁹ vitā p̃bennē venerat in dextera sedebat.  
hec ille. s̃m vero **Beda** corpus xpi sic fuit in  
monumento sitū qd̃ ei⁹ dextera pars respicie  
bat plagam meridianam. **T**ercio viderunt

eum coopertū stola candida q̄stū ad amictū.  
Ista aut vestis f̄m glo. nō erat corporea. sed  
quedā resplendentia ex virtute spūali angeli  
ad similitudinē vestis. Q̄ aut sic apparuit mora  
lis est rō. q̄ sicut color albus et candid⁹ est co  
lor pulcerrimus et purissim⁹. ita post resur  
rectōz erim⁹ cādidi et gloriosi. vel vt **B**rego.  
dic̄ in omel. Stola cādida coopertus apparui  
it q̄ festiuitatē n̄re gaudia nūciāuit. Tādoz  
enī vestis splendorē n̄re denūciat festiuitatis  
Sed pleriq̄ querūt cū tā ex etate iuuenili q̄  
ex fulgore et luminosa p̄ntia delectabilis et  
iocūda fuerit angeli apparitio. quō mulieres  
timore cōcussē fuerūt. Ad q̄s sacri doctores  
rūdent q̄ hec est d̄ra inter apparitōz boni et  
mali angeli. Nā malus terret et nō cōfortat.  
Bonus aut subitavisione terret tū immedia  
te cōfortat. Sicut patz de angelo q̄ apparuit  
Danieli de q̄ ip̄e dicit. c. x. Q̄ cū stupefactus  
esset ad visionē angeli. angel⁹ cōfortauit eū et  
dixit sibi. Noli timere vir desiderioz par ti  
bi cōfortare et esto robust⁹. Eodē mō iste an  
gelus bon⁹ mulieres a p̄ncipio terruit p̄pter  
rem grandē et insolitā tū immediate cōforta  
uit eas dicens. Nolite expauescere. iesum q̄ris  
tis nazarenū crucifixum. surrexit: nō est hic.  
Ecce locus vbi posuerūt eū.

**Q** mulieres cōuenienter fuere nunciē res  
urrectionis que xpm resuscitatū viderunt.  
Et cur de petro fit specialis mentio.

#### Capitulū terciū.

**T**ercio p̄sideranda est manifestatio re  
surrectōis xpi q̄stū ad discipulos q̄  
subdidit angelus. Ite dicite discipu  
lis eius et petro q̄ p̄cedet vos in galileā. vbi  
tria sunt dubia declaranda.

**P**rimū vtrū fuit p̄ueniēs vt xpi resurrectio  
a mulierib⁹ notificaret discipulis.

**S**cōm cur de petro facta fuit special⁹ mētio.

**T**ercū vtrū he mulieres xpm a mortuis iā  
suscitatū viderunt.

**A**d primū respondem⁹ q̄ mulieres p̄grue  
fuerūt nūcie resurrectōis. Nā sicut fuit ordo  
damnatiois et mortis humani generis sic de  
buit esse ordo denunciatiois reparatiois vite  
et beatitudinis. Per mysteriū nāq̄ mali an  
geli mulier fuit prim⁹ nunci⁹ mortis et pec  
cati. quādo. s. dedit viro de pomo et comedit.  
Mulier itaq̄ p̄ mysteriū boni angeli est pri  
mus nunci⁹ vite et gratie. annūciāns re  
surrectionē xpi p̄ quā redempti sum⁹ et viui  
cati. In hoc insup̄ erigit sp̄s muliebris sex⁹  
ne de futura resurrectione desperet. Si enim  
mulieres facte sunt resurrectōis nūcie. ergo  
et ip̄i cū viris resurgēt. Neq̄ audiendi sunt

qui dicunt illas in sexu virili resurrecturas.  
cōtra quos loquit Aug⁹. li. xxi. de ciui. dei.  
et doctores theologi illū sequunt in. iij. dis.  
xliij. vbi catholice tenet. q̄ oēs resurgēt. sed  
viri in sexu virili. mulieres in sexu femineo.  
q̄ hoc exigit natura indiuidui et cōgruit p̄  
fectioni speciei et erit occasio laudandi sapiē  
tiā dei. Nō enī oim indiuiduoz natura eun  
dem exigit sexū. sed natura quorundā exigit  
masculinū. et quorundā natura femininū. Et  
vt ibidē refert Aug⁹. ca. xvij. Debra femi  
nea nō erūt accommodata veteri vsui sed nouo  
decori. quo nō alliciant aspiciētes p̄cupiscen  
tia q̄ nulla erit. s̄ dei laudē sapia atq̄ clemē  
tia. Et iterū. nō erit ibidē libido q̄ p̄fusionis  
causa est. nā priusq̄ peccassent nudi erāt vir  
et femina. vñ et post resurrectionē nō erit op⁹  
vestibus p̄ tegumento. sed tū amicti erunt  
lumine sicut vestimento. **S**ecundū dubi  
um fuit. cur de petro facta est specialis mētio  
Ad qd dicūt doctores. Primo p̄pter princi  
palitatem quā tenebat inter ap̄los. de qua i suo  
sermone plene dictū est. Ideo tanq̄ p̄ncipa  
li dicūt q̄ sibi denūciēt. Secūda rō Hiero  
nimi vt tolleret ab eo materia desperatiois.  
q̄ indignū se iudicauit discipulū dñi ter ne  
gauit magistrū. Sed p̄ penitentiā veniā ob  
tinuit et gratiā. Tercia rō f̄m Brego. in ome  
lia. ad amouendā ab illo verecundiā et erube  
scentiā. nam ex eo q̄ ter vocaliter negauerat  
xpm cū quo mori se p̄miserat. verecundaba  
tur inter discipulos apparere. Subdidit au  
tem angelus. Quia p̄cedet vos in galileā. ibi  
eū videbitis sicut dixit vobis. Ista visio nō  
fuit die qua resurrexit. Sed qñ vñdecim di  
scipuli vt refert matthe⁹ abiēre in galileā in  
montē. s. thabor. vt dicit Nicola⁹ de lira. ibi  
vbi transfiguratus fuerat corā paucis. petro  
s. iacobo et iohāne. cōpletā resurrectionē suā  
manifestauit vniuersaliter oībus suis disci  
pulis. Tū p̄babiliter credit q̄ illa fuit mani  
festatio quā describit apls. i. Corint. xv. ca.  
Deinde visus est plusq̄ quingentis fratrib⁹  
simul. Matthe⁹ tū nō exprimit nisi. xi. apo  
stolos. q̄ iudas erat mortuus et isti erāt prin  
cipales discipuli xpi. Scōm vero moralem  
intellectū Galilea xpo suscitato recte p̄gruit  
Nam galilea interpretat transfiguratio f̄m  
Bedā et Bregorii in omelia. vt designet q̄  
in resurrectione facta est transfiguratio de mor  
talitate ad immortalitatem q̄stū ad corpus.  
de passibilitate ad impassibilitatem q̄stū ad  
animā. de miseria et penalitate ad eternā glo  
riam et felicitatem q̄stū ad vtrūq̄. Dum enī  
xps in hac vita erat voluntarie defect⁹ n̄roa

assumēs. patiebat q̄stum ad corpus defectū  
 mortalitatis. q̄stū ad aīam passibilitatis. q̄s-  
 tum vero ad vtrūq; patiebat multiplicē mīse-  
 riā et penalitātē q̄ oīa in resurrectione depōsi-  
 ta sunt. **Hinc** Leo papa in sermone inquit.  
 Post passionē xpi ruptis vinculis mortis.  
 infirmitas in virtutē mortalitas in eternita-  
 tē. cōtumelia trāsiuit in gloriā. **Et** vt **Brego.**  
 in omel. refert. nos resurrectionis eius gloriā  
 leti videbim⁹. si a vicis in virtutū celsitudi-  
 nē trāsmigrāuimus. **Tercū** dubiū erat vtrū  
 ille sancte mulieres q̄bus angelus xpi resur-  
 rectionē manifestauit viderūt xpm suscitātū.  
 Et q̄ sic apparet ex dictis euangelistā. **In**  
 quit enī **marcus.** Surgēs iesus mane pri-  
 ma sabbati apparuit primo marie magdale-  
 ne a qua eiecerat septē demonia. **Et** matthe⁹  
 dicit. Ex audito ab angelo nouo de resurre-  
 ctione exire cito de monumento et in timore et  
 in magno gaudio currētes nūciare discipu-  
 lis. **Eccē** iesus occurrit illis dicens. **Auete.**  
**Ille** autē accesserūt et tenuerūt pedes eius et  
 adorauerūt eū. **Vbi** aduertēdū q̄ postq; an-  
 gelus de resurrectione vt dictū est mulieres in-  
 struxerat. ipse cōsternate mēte abire ceperunt.  
**Et** cū nondū plene capaces essent tāti myste-  
 riū. putabāt forte xpi corp⁹ a iudeis fuisse sub-  
 latū et in aliq̄ vili loco collocatū. **Quare** mag-  
 dalena q̄ xpm ardentissime diligebat anteq̄  
 aliqd diligētius scrutaret. ipm sublatū pro-  
 certo esse supponēs. petro et iohanni nuncia-  
 re cucurrit. vt scribit **Jo.** dicens. **Tulerunt**  
 dñm de monumento et nescimus vbi posue-  
 runt eum. **Ali** vero venerūt ad monumentū  
 et **Iohannes** cucurrit citius. **Petro** et incli-  
 nauit caput ad sepulcrum. viditq; posita lin-  
 theamina nec tñ intrauit illud. **Petrus** vero  
 postea veniēs intrauit in illud. viditq; posita  
 lintheamina et sudariū capitis stans ad p̄tē  
 deinde iohānes intrauit et vidit et credidit  
 qd dixerat magdalena. s. dñm esse sublatū de  
 monumento. **Nondū** enī sciebant scripturas  
 q̄ oportebat eū a mortuis resurgere. post h̄  
 autē discipuli p̄tristati ad p̄ria redierunt. **Et**  
 magdalena cū his mulierib⁹ ad sepulcrū re-  
 dierunt. a q̄ illis duab⁹ recedentib⁹. maria sta-  
 bat ad monumentū foris plorans. et dum sic  
 flet inclinauit se et p̄spexit in monumentū.  
**Scdm** enī **Brego.** Amanti semel asperisse  
 nō sufficit. qz vis amoris multiplicat affectū  
 inq̄sūtis. et tūc vidit duos angelos sedētes  
 vnū ad caput et vnū ad pedes vbi positū fue-  
 rat corp⁹ iesu. dicūt ei illi. mulier qd ploras.  
 dicit eis. **Tulerūt** dñm meū et nescio vbi po-  
 suerūt eū. **Tū** hoc dixisset puerfauit iēsum

stantē et nesciebat qz iesus esset et dixit ei iesus  
**Mulier** qd ploras? **Quē** q̄ris. **O** bone iēsu  
 desiderū aīe sue. **Tur** interrogas qd ploras  
 quē queris. **Ipa** paulo ante oculis viderat te  
 spem suā suspendi in ligno et tu nunc dicis.  
 qd ploras. **Ipa** die tertia p̄cedente viderat  
 manus tuas q̄bus sepe bñdicta fuerat et pe-  
 des q̄s lachrymis rigauerat clauis affigi. et  
 nūc tu dicis qd ploras. **Nūc** insup corpus  
 tuū sublatū extimat. ad qd vnguendū vt se  
 quodāmo cōsolaret veniebat. et tu dicis qd  
 ploras. quē q̄ris. **Tu** ipse scis qz te solū q̄rit.  
 te solū diligit. p te oīa p̄tēnit. et tu dicis quē q̄-  
 ris. **Tu** cā q̄rele. **Tu** cā plorat? tu cā dilectā  
 discipulā totam ad te attraxisti. **At** illa existi-  
 mans qz hortulan⁹ esset. dixit ad eū. **Dñe** si tu  
 sustulisti dicio mihi vbi posuisti eū et ego eū  
 tollā. **O** admirabilis mulieris audacia. **O**  
 maria. si forte corp⁹ iesu positiū est i atrio p̄n-  
 cipis sacerdotū vbi aploz princeps calefa-  
 ciebat se ad ignē qd factura es ego eū tollam  
**Sed** si in platea foret cū multitudie iudeoz  
 qd nūc ageres? **Ego** eū tollā. **O** p̄stantia. **O**  
 ardor inflammātissime q̄ mens magdalene  
 liquefiebat. **Absolute** p̄mittit. ego eū tollā.  
**Dicit** ei iesus. **Maria.** hec siquidē vox pene-  
 trauit aīam eius. **Cognouitq;** iēsum et dixit.  
**Raboni.** i. magister. et cucurrit ad pedes ei⁹.  
**Tui** iesus. **Moli** me tangere. nondū enī ascē-  
 di ad patrē meū. s. fm tuū iudiciū infidele ac  
 si apte dicat. **Tibi** nō ascendi. qz nō credidi-  
 sti p̄fecte me equalē p̄ri. vel forte hoc ait vt il-  
 lam humiliaret ne nimis p̄sumeret. qz ipm re-  
 suscitātū p̄ma oīm p̄spexisset. distulitq; ei cō-  
 cedere tactū donec scda vice cū alijs appare-  
 ret. **Et** addidit dñs marie dicens. **Vade** ad  
 frēs meos et dic eis. **Ascēdo** ad p̄rem meū et  
 patrē vestrū. deū meū et deū v̄rm. **Statimq;**  
 disparuit. **At** et magdalena in fide solidata  
 aīo iocunda egrediēs hortū. p̄gebat vt iussa  
 dñi et m̄gri p̄ficeret. **Tūc** festina rediret soci-  
 as suas in itinere infra sepulcrū et hierlīm ad  
 inuenti q̄bus xpm in specie hortulani se vis-  
 disse narravit. **Tūc** festino gressu versus hie-  
 rusalē p̄ter irēt. ecce iesus occurrit eis dicēs.  
**Auete.** **Iste** autē accesserūt et tenuerūt pedes  
 eius. et adorauerūt eū adoratōe latric. in fide  
 iā roborate. **Tūc** ait illis iesus. **Molite** time-  
 re. **Ite** nūciate fratrib⁹ meis vt eāt in galileā  
 ibi enī me videbūt. **Vocat** autē discipulos fra-  
 tres amantissim⁹ princeps. tñ vt ostendat se  
 surrexisse in carne generis nr̄i. tum vt ad sui  
 amorē magis eos accendat. et ad fiducia so-  
 cietatis sue ac visionis cor robozet et p̄firmet  
 tū vero vt filios eterni p̄ris et xpi se noscerēt

coheredes. **D** huius almi regis benignitas qui relictus in bello pauidos suos formidosos et fugitivos socios cum euasit noiat frēs et nonitātē celestē in suo corpe ostendere repro mittit. Et sicut dicit **Jo. xx. ca. Venit maria. s.** cum alijs marijs annunciās discipulis quid dñm. et hec dixit mibi. **Turram⁹** igit et nos fide ac deuorōne ad xpm oī studio requirendum. q̄ ad se euntes nō eijcit foras. cōcedens illis et in pñti grātiā et in futuro gloriā sempiternam. Amen.

**S**ermo decimus nonus de ascensione saluatoris nr̄i iesu xpi qm̄ videntib⁹ discipulis celos ascendit.

**A**sumptus est in celū et sedet a dextris dei. **S**cribūt hec verba originaliter **Marci vl. ca.** et in euāgelio pñtis solēnitatis. **Jocundissimū nouū ascēisionis iesu xpi filij dei merito excitare dicit mētes n̄ras. subleuareq; oīm corda ad ardentissime desiderandū bonū illud summū ac copiosum. qd̄ cū q̄sq; acq̄sierit nūq̄ amittere. Neq; ampli⁹ excusare se homines pñt si se ignaros pmissē felicitatis dicāt. Tū ip̄e iesus nō solū p̄bo sed expientia facti oñderit clarū ad supos iter. Nō michē as p̄dixit ca. ij. Ascendit pandēs iter añ eos. Profecto res clarissima et admirāda fuit. dñi xps. xl. die postq̄ surrexit a mortuis. videntib⁹ discipulis et alijsq; deuoris q̄ plurimis et bñdicta m̄re. de mōre oliueti celū p̄scendit. Qua ppter vt hec oīa cunctis innotescāt. ad xpi ascensionē dirigam⁹ aīm et verba. De q̄ in pñti sermone tria mysteria proponimus cōtemplanda.**

**P**rimū dicit dignitatis.

**S**ecundū cōgruitatis.

**T**ercium qualitatis.

**D**e dignitate et p̄minentia xpi q̄ notatur p hoc q̄ sedet a dextris dei. et qd̄ p dexteram intelligitur.

**C**apitulū primū.

**P**rimū mysteriū p̄templandū de ascensione xpi dicit dignitatis. qz ascēdit et sedet a dextris dei. i. p̄minet oībus creaturis et angelis et hoīb⁹. **I**uxta illō qd̄ scribit apls ad **Ephef. i. c.** Cōstituit illū sup omne principatū et potestātē et sup omne nomē qd̄ noīatur siue in hoc seculo siue in futuro. **S**ed p clariore huius p̄is intelligētia tria sunt hic dubia declaranda.

**P**rimū vtrū xpo cōueniat sedere ad dexterā patris.

**S**ecundū vtrū sedere ad dexterā patris cōueniat xpo fm̄ q̄ homo.

**T**ercium vtrū alijs a xpo conueniat sedere ad dexterā patris.

**A**d primū dubiū arguunt quidā q̄ nō cōuenit xpo sedere ad dexterā patris. neq; bene aiunt ita de xpo loquētes. **P**rimū nullū corporale cōpetit deo q̄ spūs est. **S**ed dextera et sinistra sunt differētie positionū corporalū: ergo nō pueniunt deo. **S**ecō si filius sedet ad dexterā. q̄ p̄ ad sinistrā. sed dextera nobilior est sinistra. q̄ pater sedet in pte ignobiliori. **T**ercio stare et sedere sūt opposita. **I**tem **Act. vii. ca.** **Stephanus** vidit iesum stantē a dextris virtutis dei. q̄ nō sedet. **S**ed p̄ra sic arguētes prius opponam⁹ testimonia scripturarū. deinde soluem⁹ obiecta. **I**n simbolo nā q̄ aplōz dicit. **A**scēdit ad celos sedet ad dexterā dei p̄is oīpotentis. **E**t in simbolo patrū. **A**scēdit in celū sedet ad dexterā p̄is. **E**t ad **Aphef. i. c.** scribit. **C**ōstituens illū ad dexterā in celestib⁹. **E**t ad **Colo. iii. c.** **Christus** est in dextera dei sedens. **E**t ad **Hebre. i. c.** **S**edet ad dexterā maiestatis in excelsis. **E**t **x. c.** **S**edet i dexterā dei p̄is. **E**t ad **Roma. vii. ca.** **Xpus** iesus est ad dexterā dei q̄ etiā interpellat p nobis. **E**t **Marci. xiii. Luce. xxi. Math. xxvi.** **E**rit fili⁹ hoīs sedēs a dextris virtutis dei. **H**oc p̄dixit **David ps. cix.** **D**ixit dñs dño meo sede a dextris meis. **E**t aut̄ hec verba de xpo dicant⁹ p̄ter ex eo q̄ paulus ad **Hebre. i. c.** ait. **A**d quē aut̄ angeloz dixit aliqui deus. sede a dextris meis. **E**t xps matthei. xxij. dixit. **Q**uō **David** vocat eū in spū dñm dicēs. **D**ixit dñs dño meo sede a dextris meis. **E**t si indei negaret testimoniū pauli et xpi asserētes. verba ista de alio nō de ip̄o xpo affirmari debere. statim incredulitatē eorū cōvincimus p doctores ip̄oz. **Nā Rabi** **Jonathan** apud hebreos p̄batissimus in sua trāslatōne chaldaica ait. **D**ixit dñs verbo suo. **E**t **Rabi Joden** sup illud psalmi. xvij. **D**edisti mibi p̄tectionem salutis tue et dextera tua suscepit me. **I**nt̄. **I**n futurū deus sanctus et benedictus cōuertere faciet regē messiam ad dexterā suam. **S**icut scriptū est. **D**ixit dñs dño meo sede a dextris meis. **I**stud insup tenet **Rabi moyses addarshan.** **P**ro solutione igit̄ obiectorū notande sunt tres veritates. **P**rima veritas q̄ hoc nomē dextera in scriptur̄ inuenit de deo dictū. **Uñ Exo. xv. c.** **D**extera tua dñe magnificata est in virtute dextera tua percussit inimicū. **E**t **ps. xv.** **D**electatōes in dextera tua vsq; in finē. **E**t **ps. xx.** **D**extera tua inueniat oēs q̄ te oderūt. **E**t **ps. xlvij.** **I**usticia plena ē dextera. **E**t **ps. cxvij.** **D**extera dñi fecit virtutem dextera dñi